



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput XIV. De temerario judicio vitando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

fecit: & ibi majus meritum existit,
& virtus melius patescit.

Nec magnum est, si homo devo-
tus fit, & fervidus, cum gravitatem
non sentit: sed, si tempore adver-
sitatis patienter se sustinet, spes
magni profectus erit.

Quidam a magnis temptationibus
custodiuntur: & in parvis quotidia-
nis saepe vincuntur, ut humiliati
nunquam de se ipsis in magnis con-
fidant, qui in tam modicis infirman-
tur.

C A P U T XIV.

De temerario judicio vitando.

I. **A**d te ipsum oculos reflece,
& aliorum facta caveas judi-
care. In judicando alios homo fru-
stra laborat, saepius errat, & leviter
peccat: seipsum vero judicando &
discutiendo, semper fructuose laborat.

Sicut nobis res cordi est, sic de
ea frequenter judicamus, nam ve-
rum judicium, propter privatum amo-
rem, faciliter perdimus.

34 *De Imitatione Christi*

Si Deus semper effet pura inten-
tio nostri desiderii, non turbaremus
pro resistentia sensus nostri.

2. Sed saepe aliquid ab intra latet
vel etiam ab extra concurrit, quo
nos etiam pariter trahit.

Multi occulte seipso quærunt i
rebus, quas agunt, & nesciunt.

Videntur etiam in bona pace sta-
re, quando res pro eorum velle fiunt,
& sentire: si autem aliter fit, quam
cupiunt, cito moventur & tristes
fiunt.

Propter diversitatem sensuum &
opinionum, satis frequenter oriuntur
dissensiones inter amicos & cives,
inter Religiosos & devotos.

Antiqua consuetudo difficulter re-
linquitur: & ultra proprium videre,
nemo libenter ducitur.

Si rationi tuæ magis inniteris, vel
industriæ, quam virtuti subjectivæ
Iesu Christi, raro & tarde eris homo
illuminatus; quia Deus vult nos sibi
perfecte subjici, & omnem rationem
per

gere per inflammatum amorem transcen-
dere.

C A P U T X V .

De operibus ex charitate factis.

I. Pro nulla re mundi, & pro nul-
lius hominis dilectione, ali-
quod malum est faciendum: sed
pro utilitate indigentis opus bonum
libere aliquando remittendum est,
aut etiam pro meliori mutandum.

Hoc enim facto opus bonum non
destruitur, sed in melius commu-
tatur.

Sine charitate opus externum ni-
hil prodest: quidquid autem ex cha-
ritate agitur, quantumcunque etiam
parvum sit & despectum, totum effi-
citur fructuosum.

Magis siquidem Deus pensat ex
quanto quis agit, quam opus, quod
facit.

2. Multum facit, qui multum di-
light. Multum facit, qui rem bene
facit.

Be-

Ignis